



**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et  
Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

15. C. Bernardus recuperandæ Borculoæ intentus. Cooperante Rege  
Christianissimo. Brabeckij Legati orationit. Epigraphe.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](#)

590 CHRISTOPH. BERNARDUS

1663.

nis præsens Recessus tam à S. Christ. Reg. Mag. Gallie, quam Electorum & Principum s[ecundu]m memoratis Plenipotentiariis subscriptis, cuiq[ue] unum ejusdem exemplar extraditum. Actum Francofurti ad M[ai]um XXV. Anno MDCLXIII.

15.

C. Bern.  
recupe-  
rando  
Borcu-  
loa in-  
tentus.

Coope-  
ranto  
Rege  
Chri-  
stianissi-  
mo.

Prorogato sic fœdere Christophorus Bernardus iterum fortior, de redintegrando ampliandoque Principatu cœpit cogitare. Reducta nuper feliciter sociorum ope Monasterio-polis spem dabat; Societate nunc reratâ, & accessione plurium etiam auctâ, et cilius recuperandi Borculoam, quô pudicum iniquius ab alieno possideri. Jus in eam in pto afferit prolixo satis, & solidè composuit quod Germanicis, Gallicisque typis impressum, offert Galliarum Regi & Principi Confœderatis; quorum simul omnium compositionem in re tam æquâ sollicitus implorat. Et sanè Ludovicus Francorum Monarcha rationum pondere commotus, non omisit statim & ipse, præsenti in Galliis Batavorum Legato, Borculoanam restitucionem impensiùs commendare; & suo ad Batavos Otori Comiti de Estrades injungere, eam quoque ut apud Ordines haud oscitanter promovet, urgeatque tam Regiæ societatis, quam juri Principi Monasteriensi competentis habet rationem. Brabeckius ad hunc finem in Hollandiam iterum Ablegatus, exente F.

bruario, Comitis-Hagam appellit, Is cau- 1663.  
san hanc dum curat sedulò, pridiè Nonarum  
Martij Hand dubiè recordaturos Ordines, pro- Brabec-  
mit, quānam armorum violentiā, & Provincia kij Le-  
Gelria, & quondam Iudoco Comite Limburgio, gari ora-  
sub annum seculi presentis sextum decimum, tio.  
exuti sunt Monasterienses possessa tot annos quie-  
te Borculoā. Nec Praesules solum, sed & Cesa-  
res, Principesq; Imperij, commonstratā facti  
enormitate, toties pro restitutione obtinendā  
institisse; nullo tamen hactenū secuto effectu.  
Quæcum etiam Christianissimo Regi innocentia  
motum illum esse, mediā autoritate suā,  
tam justæ Principum Monasteriensium cause  
patrocinari: Id quod Reginus Ordator jam tum  
testatum fecerit. Erectum eā magis fiducia  
Christophorum Bernardum tribuere id Ordi-  
num prudentiæ, ut Regia interpositioni haud in-  
viti deferant, reddantq; nunc quod & ipse po-  
stulare jussus sit, Principati Monasteriensi  
Borculoam. Et quanquam Monasteriense jus  
in eam notius sit, quam ut deduci latius merea-  
tur, imò & firmetur ex eo magis, quod lis illa,  
inter partes olim controversa, coram Paribus  
Curia primum agitata, ad Cameram postea  
Imperialem, ipsarum partium provocatione  
devoluta, definitivè nuper decisa sit: atque ideo  
Principem Monasterensem non intendere, cau-  
sam jure semel terminatam, in sui damnum,  
aut S. Romani Imperij, vel supremi istius Di-  
casterij

1663.

casteriori contemptum, novi iudicis, aut alii cognitioni subjecere. Ut tamen iij, qui genui statu causæ, fortasse necdum satis imbuti satis plenius doceantur, conjectam nuper in charta esse, totius controversia seriem, præloq<sub>3</sub> diuulgatam; atque ideo, hanc inconsultum indicare copiam ejus facere Ordinibus, ut si quā forsan clariore notitiā indigerent, suā presentis explanatione clarissim informentur. Sub hac ministrum repetitā expressim cautelā, ne quam iudicis id aut superioris cognitionem, implorarentur, sed ita velint Ordines interpretari, in motu proprio, ad conservandam non minus Reip. existimationem, quam Regiam parochiantis Majestatem, exigente sic ipsa pariter de eisē jam pridem litis justitiā, ac divino, humanoq<sub>3</sub> jure, illata Monasteriensibus turbamenta ocyus tollant; affinemq<sub>3</sub> Principatum restituant, armatā sed iniquā olim manu deturbatum. Confidi, Ordines prosua prudentia & equitate, proq<sub>3</sub> ea, quam de Rep. hac Princeps Monasteriensis conceperit fiduciā, ita se declaraturos, nisi in causa tam justā, voto nunc tandem suo potiatur.

Causa  
ad Com-  
missarios  
remissa.

Concurrente Galliarum Regis Legato res cōdevenit, ut quanquam reclamabant Gelri, Respublica nominārit Commissarios, coram quibus de restituendā Borculoā multo tempore acriter disceptatum est. Nunc Hagam ibat, nunc redibat Brabeckius. Monasteri- enfi

1663.

ensi scripto suum *Gelria* opponit & què prolixum, & dum Borculoanæ Ditionis tractum mordicūs sibi vendicat, suèque regioni; rem totam in longioris rejicit moræ tedium, non jam Astrææ, sed Martis olim iudicio terminandam.

Quo tempore ad recuperandam ali quando Borculoam Batavorum animos follicitabat *Christophorus Bernardus*, multorum milium solutionem à *Frisia* Orientali exposcebat *Hartmannus Lichtensteinij Princeps*. Sed priusquam hujus controversiæ statim ordiamur, pace Lectoris præmittere visum est designatam, hac ipsâ æstate, trium fabricam Sacellorum, quæ ingenti postea sumptu Paulinæ Basilicæ adstructa sunt. Cineto pronuper obsidione Monasterio, *Christophorus Bernardus* ad cætera voto se obstrinxerat, si suæ Civitatem traderet potestati divina bonitas, DEO se in honorem trium sanctorum *Josephi, Ludgeri, Maximi*, totidem sacella ædificaturum. Hoc igitur ut exsolveret, sicut anno superiore post anniversariam gratiarum actionem Paulino in nova arce, ita nunc Divorum honori, quorum jam meminimus, solenni rursùm pompâ & ritu benedixit primarium lapidem, dictarumque structuræ ædicularum supposuit cum hac epigraphe.

16.  
C. Bern.  
tribus  
Sacellis.

Primum  
lapidem  
locat.

Pp 5

DEO